

- 5 Ars lo(g)icae! rectore cares, ruis orba magistro!
 Non est qui recto tramite lora regat.
 Dum tuus auderet tua lora tenere, fuisti
 Altior, utilior artibus, ars melior.
 Privatus studio doctor, doctore iuventus
- 10 Heu dolor! ille gregem plangit et illa ducem.
 Hinc mens, hinc stomachus, [hinc os]¹ plausu, dape, risu
 Res miranda vacat: undique fletus adest.
 Cum stet cumque putet fore tutus in urbe vel extra,
 Hinc illincque fugat emulus hostis eum.
- 15 O genus, o species! hic vobis conputo damnum:
 Imbre rigate genas! iam viduata duce.
 O genus, o species! vestram deflete ruinam!
 A summo ruitis non relevanda gradu.

Auf diesen Philosophen (vgl. Hauréau, *Mélanges* p. d'Hildebert p. 33) bezieht sich ein kürzeres Epitaph auf fol. 15 b derselben Hs.

XVII.

Philosophia, dole! sed tu Dialectica sola
 Prae cunctis doleas orba Galone tuo!
 Flet genus et species, flent argumenta Galonem;
 Exinctum florem flet genus et species.

XVIII.

- Es furatus equam nocturno tempore nequam,
 Nec paries geminus detinuit facinus.
 Furis habes nomen, veniat tibi nominis omen,
 Et videam lucem, qua patiare crucem.
- 5 Pro factis rebus te torreat in cruce Phebus!
 Nigris alitibus sint tua membra cibus!

Ich verbinde mit diesem Epigramm einige spasshafte Stücke, die noch ungedruckt zu sein scheinen:

XIX.

A meretrice sua monachus dum forte veniret,
 Contigit² merito res sibi foeda nimis:
 Nam ratus esse suam, tunicam tulit ille puellae;
 Sic indutus abit ingrediturque chorum.

XVIII. fol. 15 a I. XIX. fol. 42 a I.

1) Von W. W. hinzugefügt, fehlt im ood.
 von W. W.

2) 'Contigit' c., verb.